paul dagne
Lib. 6. cap. 101

Ruischii obs. Anatomico-chirurgic. 83a

Patella fractura à causâ notatu dignâ.

videnda autors advers. Anatom. decad. 2 pag.

Patellam propter duritiem suam haud frangi posse, nonnulli perverse asserunt. Nos vero, eandem non solum à causa graviori in genu frangi, expertus sum, verum etiam [illegible] causa, [illegible] historiam recensere animus est. Ante tot [illegible] propter annos, visitavi cum magistro petro, adriani filio, virum fratrem robertum, qui à ponte descendens in terram ferè ceciderat, uno pede lubrico, resistens tamen quantum potuit, in terram non fuerat prolapsus, sed ab illâ resistentiâ vehementissimâ transversim fracta ejus patella, et adeò quidem evidenter, ut inter utramque partem locari potuerit manus, una enim supra, altera infrà genu sentiebatur. fracturam, ut artis est, deligavit dictus magister peritissimus. Quid fit! patiens, rectius dixerim impatiens, contulit sese secundo die jispam, unde incurabilis post aliquot septimanas rediit, claudicans in hunc usque diem. Mirabar olim patellae mollitiem in cadavere, et duritiem ejus in sceleto; et quantum hae invicem differant, sat accuratè cum doctissimo viro matthaeo Slade, medicinae doctore celeberrimo, investigavimus, reperimusque eas duritie toto coelo inter se differre. causa ergò erroris, quo nonnulli patellam frangi posse negarent, exindè orta videtur, quod patellas sceletorum solum inspexerint, quippè per exsiccationem ita indurantur ut difficile sit eas frangere, recentes non item; quicunque enim utrasque ritè examinarit, reperiet recentes extrinsecè tantum duriori laminâ obductas, intrinsecè verò substantiâ osseo-spongiosâ praeditas, instar diploes in cranio.

à jisp (village)

à verifier sur le cadavre

eadem obs.
ex adversariis hoc
in altero pag. cit.

Viro per publica incedenti, in declivitate partis lubricitate
viis subducti pedes casum minitantur, ille tamen corporis agilitate
lapsum evitat, nec allidit[ur] strato faciem, in ipso tamen hoc
nixu frangitur illi patella transversim absque ullo allisu. Commissus
[illegible] chirurgi, qui in pago supradicto artem
[illegible] ea tempestate exercebat, nihil adjumenti
accepit. quod tamen non contigit culpâ adeo boni magistri:
sed fragmenta patellae fractae, saepe non eveniunt iterum quia
unita non possunt retineri tamdiu donec coaluerint. saepe et
impeditur haec connectio inde, quod vasa fragmentorum quandoque
non satis suppeditant materiem ossi adunandi propriam. omnino vero
homines vidi quibus fracti ossis frusta, omni arte ritè tractata
tamen nunquam coalescebant inter humeris, brachiisve circum
ducti et applicati, tubi ex bracteâ ferri multum praestant
commodi, partes in situ satis commodè ita retinebantur, ut
motum requisitum exercere utcumque possent

Vid. meibomius de patella naturâ, morbis et curatione,
in disput. selectis Haller Tom. vi. pag. demander ce
livre à m.r Verdès.